

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Kvnegvndis Avgvsta V. 3. Martii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

132 *Vitæ Sanctorum.* 3. M A R T.  
non lectu minùs , quām scriptu nobis  
jucundum erit. Sororcula WINWA-  
LOCI anserem domi habebat familia-  
rem. Huic dum incautiùs (ut ferè fit)  
colludit, ecce in vultum delicias facien-  
tis hic involat , serratoque osculo ocu-  
lum exsculptit deglutitque, heu ! nimis  
delicatum nequam stomacho cibum.  
Lusca puella alterum etiam oculum  
plorando videbatur amissura , cùm ex-  
lestis Alitis monitu WINWALOCVS  
supervenit, prædonem oculi anserem  
medium secat, erutumque oculum loco  
suo reponit, ipsum etiam anserem ad  
gregem suum amittit, nimis miti in  
improbum animal supplicio. Sed quid  
anseres reprehendimus ? libentiùs au-  
diemur WINWALOCVM laudare  
qui centies & nocte, & die in genua se  
abjecere solitus, cùm obitum suum pri-  
die ab Angelo didicisset, fecit mane, &  
ad aram ipse quoque victima placidis-  
simâ morte procubuit. Ex Surio.

S. KVNEGVDIS AVGVSTA V.  
3. Martii.

Nonlla tam in diademate KVNE-  
GVNDIS gemma, quām in ipsâ  
KVNEGVDI virginitas splenduit;  
qua ut cœli oculos mirè recreavit, ita  
Cacodæmonis usque adeò perstrinxit,  
ut quando extinguiere non poterat, of-  
fuscare saltem finistris apud animum  
HEN-

HENRICI suspicionibus sit adnisus :  
Sed provocavit ad flamas judices in-  
nocentia, & innoxius à ferro candenti  
pes egregiū inculpato animo testimo-  
nium dixit. Porrò cum tori castissimi  
custodem mors abstulisset, verita KV-  
NEGVDIS tantum thesaurū mundo  
concedere, in Caufungensem , quem  
ipsa struxerat, Parthenonem cum eo se  
abdidit; cuius disciplinā cum Vta neptis  
ejus laxaret, verbis sāpiis nequidquam  
increpitam , tandem etiam manu objur-  
gavit, & digitorum luculentas notas in  
genā ista reliquit, nullā deinceps arte  
confusas vel deletas : morituræ de cælo  
Henricus obviām iit, ad sistendū ludici  
orbis miraculum, Imperatores conju-  
ges sed virgines: ad tumulū ejus multis  
vita redditā; qui cum KVNEGVDENM  
matrem suam salutarent , probarunt  
immerito virginitati sterilitatē objici ;  
quid? quod nec ipsa gleba, sub quā vir-  
go cubat, infæcunda fuit , sāpe in thus  
& far conversa, persuasura mortalibus,  
nec fragantiorem esse castimoniā vir-  
tutem, neque felicius ullum germen.

*Ex vita apud Gretserum.*

S. CASIMIRVS C. 4. Martii.

CASIMIRVS Casimir: Regis Polo-  
niæ F. neandum ephebis egressus in  
ipsa jam adyta sanctitatis est ingressus.  
Coronam Vngariæ quanto alii studio

I 3

vel

